



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

X. Iac. Sadoletvs Episc. Carpent. Franc. Turnonio S.R.E. Cardinali, S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT.

Franc. Turnonio S. R. E. Cardinali, S. P. D.

Dives est, quod ego & amore incensus tuarum clarissimarum virtutum, & magnis tuis beneficiis obligatus, toto tibi animo fui deditus: tuamque amplitudinem omnibus meis officiis commendam mihi proposui. Sed hanc meam voluntatem quo minus tibi adhuc per literas declararem, id causa fuit: quod sperans aliquando congressi tecum, & coram tibi animum meum perscrutari: referebam me ad id tempus, quo presens presentibus tibi agerem pro tuis erga me beneficiis gratias, & totum me in potestatem tuam tradidit. Sed cum hoc longius iam fieret, multaeque me causae & difficultates quotidie detinerent, quominus in ista loca & ad summi Regis conspectum, sicut constitueram, accedere possem: statui non esse amplius differendas has literas. Quae si non totam vim amoris in te mei, quae per magna est, tibi explicarent: nonnulla tamen me liberarent culpa: quae vereor ut in me suscepta sit. Feci enim certe, quod facere non debebam: nimis sero, quo animo sum erga te, tibi significauerim: commissaque ut parum grati & benevoli hominis officio videar functus. In quo oro te, & quae tua est humanitas, vehementer rogo, mihi te ignoscas, neue id negligentiae meae, aut obliuioni tuorum erga me meritorum, sed inani potius spei & cupiditati visendi & alloquendi tui attribuendum putes. Quod cum confidam me a te pro tua naturae benignitate iam impetrasse: accedam ad reliqua, quae mihi scribenti in his literis proposita sunt. Primum, ut tibi de tua amplificatione dignitatis gratuler: deinde, ut pro acceptis beneficiis gratias agam. Gratuler igitur tibi, & valde gratulor, quod istum gradum honoris amplissimi ita esse consecutus, ut non laus tua in illo honore posita, sed fortuna virtutem tuam secuta esse videatur. Nec vero vlla est verior, & magis te digna gratulatio, quam quod tu is homo es, eis ingenij, virtutis, nobilitatis, prudentiae ornamentis praeditus, ut nullus sit tantus honor, qui tibi non ita debitus sit, ut tamen dignitati tuae par esse non queat. Sed ut haec mittam, quae hoc etiam maiora in te ac praestantiora existunt, quod omnis doctrina, & omnium artium optimarum comitatu ac scientia sunt instructa: illud in tua natura praclarum asque magnificum, quod opes, & gratiam, & auctoritatem tuam, quae magna est, omnibus semper bonis vis esse adiumento atque praesidio: quamquam id hominum laude, aut quibus tandem honorum insignibus potest compensari? Equidem de tuo honore ita sentio, ut eo omnes bonos magis quam te ipsum

lari potest oportere. Siquidem illi fructus veriores liberali-
tati tuae tibi in eo proposito esse sciunt: tibi honori plus splen-
dore affert, quam ipse honos tibi. Sed de his, quae longiorem
multo postulant orationem, tantum in praesentia dictum sit. Il-
li, quod mei privati in te est officij, ingenue aperteque confite-
or, me tibi maximo tuo merito valde esse obligatum. Recor-
dor enim cum ego essem absens, ac hominum linguosissimum
sevolentissimum iniuria meae fortuna in graue iudiciorum
discrimen esset vocate: te ita suscepisse meas partes & fauendo
& iudicando, & praesens ipse meam causam commendando, ut
nullum priorum officium praetermiseris, quod homini amico a
patro amplissimo posset tribui. Idque neque tu rogatus à me,
neque illa mecum familiaritate coniunctus: ut eo plus benefi-
cium tuum, & naturae tuae bonitas sua sponte propensa ad me be-
neficio apparet. Quae si studia voluntatis tuae erga me,
aut in memoria mea perpetuo non haerent, aut à me minoris
curam dignum est estimarentur, hominem ipse me non putarem.
Sua autem rursus illis à me referri arbitratur posse meritam gra-
tiam: nimis ample ipse de me, & de meis facultatibus extulimam.
Quae cum ita sint, & cum tua beneficia in me amplissima, e-
go natura certe & voluntate gratissimus, opibus & fortuna tenuior
sum, quam ut possit à me tuis benefactis & meritis officium par-
tem merito à te, ut qua liberalitatis animique praesentia, me ti-
bi ab initio deuincere voluistis: eadem nunc & bonitate, & libera-
litate, animam meam flagrantem desiderio satisfaciendi tibi,
gratiamque referendi, pro relata gratia accipias: meque tuum
recomi & in tuorum numero impium habeas. Ego enim tibi
pollicor ac spondeo, si eandem tu mihi benevolentiam beni-
guitateque praestiteris, quam ab initio ostendisti, meque se-
mel susceptum in clientelam perpetuo complexus fueris, datum
me operam, ut ne te huius de me iudicij, & tuae amicitiae erga me
voluntatis poeniteat. Vale. Carpentoracii.

XI.

IAC. SADOLETUS EPISC. CARPENT.

Franc. Turnonio S. R. E. Cardinali, S. P. D.

CVATERSIMAS tuas accepi literas, quas Lugduno in Italia.
Quotiens ad me dedisti: librumque Budaei nostri cum his v.
na, cum ipsum mihi per se gratum, tum etiam gratiorem, quod
reuehor ad te. Quamquam ne id ipsum quidem tati, quam quod
illu modo, & cum illa diligentia veniebat. Dedisti enim mihi a-
moris in me tui insigne testimonium, cum tantam curam suscep-
isti, ut operatum illud donum ad me perferretur. De quo tibi hoc

I s confite-